



**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

1. De Euangeliō Dominica: de multiplicatione 5. panum loan 6.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

que ad similem heroicam resignatiō-  
nem animabat. O quam grata & pre-  
tiosa est in oculis Dei tam heroica in-  
re tam ardua resignatio!

III. Die illucescente lacrymis exau-  
sta, & flammis amoris succensa pia  
Mater, comitantibus alijs pijs Mulie-  
ribus, in urbem perrexit, ardentiissime  
desiderans cum dilecto filio suo, vin-  
culis constringi, probris obrui, tor-  
mentis subijci, morte affici: aut, si id  
non liceret, acutissimo saltē com-  
passionis gladio simulcum illo trans-  
figi medullitus illud Sponsæ ingemi-  
nans: Surgam, & circuibo ciuitatem, per  
vicos & plateas, queram quem diligit ani-  
mamea. Quanto id re ipsa præstitit  
compassionis, amoris, & resignationis  
affectu?

**Cant. 3.**

Heb-  
dom.

Quadra-  
gesimæ.

I.

Dominica IV. Quadragesimæ.

*De multiplicatione s. Panum.*

*Ioan. 6.*

I. Iesuscum discipulis subiens in  
montem, & subleuatis oculis vi-  
dens turbam magnam sequentem, mi-  
sericordia motus de ijs in deserto refi-  
ciendis cum discipulis cōsultat. Quā-

ta misericordia Domini tam solliciti de corporibus, se ex amore sequentiū, alimento corporeo rēficiendis, quanto maior de eorundem mentibus pane cœlesti saginandis? O quām paratus est animis nostris in vitam æternam aen- dis abundantiam cœlestium illustra- tionum, impulsuum, auxiliorum sup- peditare, imò seipsum fontem omnis gratiæ communicare? O quām audē desiderat nos secum in montem pro- priæ perfectionis descendere, & ni- hilominus in proximorum salutem impensè incumberet? O quoties te sic respexit, sic te refecit, sic ad indefes- sum propriæ & alienæ perfectionis studium extimulauit! quando tan- dem serio te illi gratum exhibebis, ardenter redamando, constanter in- spiritu proficere, aliosque ad idem ex- citare conando?

II. Gratijs actis quinq; panes hordea- ceos, & duos pisces quinq; millibus hominum in fœno discubentibus distribuit. quanto reuerentiæ, grati- tudinis, deuotionis erga Patrem, quanto misericordiæ, liberalitatis, charitatis erga homines excessu id præstiterit, quām ardenti deside- rio seipsum panem viuum sub-

specie panis in edulium , aslumque in  
veru crucis in pretium , insuper in cœ-  
lo in præmium ijs impertiendi ? O  
quantum excedit omnes spes nostras  
in infinita eius erga confidentes in se be-  
nignitas ? Stupenda erga omnes sincerè  
diuinam gloriam , suamque salutem  
quærentes in exiguis eorum p[re]ijs desi-  
derijs conatibusque remunerandis li-  
beralitas : Qua ergo reuerentia , deuo-  
tione , gratitudine , desiderio ad SS.  
Synaxin anhelandum ? quanta fiducia  
sincerè Deum quærentibus , & facien-  
tibus , quod in se est , in diuinæ prou-  
dientiæ sinu quiescendum ?

III. Collegerunt 12. cophinos frag-  
mentorum : omnibus admirantibus  
hoc signum , ideoque eum Regem fa-  
cere tentantibus , fugit in montem so-  
lus . En quo p[ro]acto bona nobis à Deo  
concessa siue temporalia , siue spiri-  
tualia , si ex charitate cum proximis  
communicentur , non minuantur , sed  
augeantur , & non solum copiosè in  
altera , sed in hac etiam vita compen-  
sentur . Quanto ergo feroce operibus  
misericordiæ corporalibus & spiritua-  
libus frequentandis insistendum ?  
Quām liberaliter dona naturæ & gra-  
tia nobis diuinitus concessa in utilita-  
tem

tem & salutem proximorum impen-  
denda tanto cum fœnore meritorum?  
Quām iure in Christo nobis contem-  
ptus dignitatum, & honorum, amor  
verò crucis & opprobriorum, imitan-  
dus, cum is quæsus ad gloriam regni  
fugerit, quæsus ad ignominiam cru-  
cis sponte sese obtulerit?

## De accusatione Christi apud Pilatum. II.

Matth. 26. Ioan. 19.

I. **M**anè facto Iesus ab vniuerso concilio Principum, Sacerdotum & Seniorum populi vincitus, ductus est ad Pilatum præsidem iudicandus & condemnandus, vt olim Samson ligatus traditus est à Iudeis in manus Philistæorum. Quā animi demissione, qua commiseratione, qua modestia filius Dei, constitutus à Patre Iudex viuorum & mortuorum, cui manifesta erant abscondita cordium, cora <sup>Iud. 15.</sup> quo curvantur, qui portant orbem, finit se ignominiosè trahi per plateas, quas toties pertransierat beneficiendo, & sanando oppressos à diabolo, ad tribunal Iudicis gentilis, à quo sciebat se iuste voluntati suorū hostium traden-

P 5                    dum,